

quirere a virgine tale mysterium, nec ipsa beata virgo uelleriphi Ioseph hoc reuelare, sed tacere & Deo committere, quando uoluntati diuinae placeret talia reuelari: Hæc autem uoluit Deus ex charitate sic fieri, ut per angelicam reuelationem sibi factam in commis certior scederetur Ioseph de castitate uirginis, & per consequens omnes homines sic in fide ista certi ficarentur, q̄ nequiret dubitari.

Ex charitas Dei elaret in eo, q̄ Deus uoluit uirginē matrem uocari Mariam.

5.17. QVARE nempe nomē uirginis Maria debuit esse, quæ Christum habuit cōcipere: Dicendum colligendo ex dictis Docto. quod potissime ex immensa charitate Deus sic uoluit, & ordinauit.

Primo. Ex charitate ad Christum Dei filium, ut eius dignissima conceptio per stellam maris signaretur ex nomine suæ matris, quia Maria interpretatur maris stella, secundum Hieron. & Bernar. super Missus est. Vnde canit ecclesia in profa: Sicut sidus radium parit uirgo filium pari forma. Neque sidus radio, neque mater filio sic corrupta: Secundo ex charitate ad uirginem, & eius præmium & altum meritum. scilicet, ex nomine designandum, quia stella maris est in summo poli. cælestis. habens iuxta se septem stellas, & licet uideatur hominibus parua stella, tamen est uirtuosissima, sic uirgo Dei mater erat ex Dei charitate sup omnes choros angelicos in cælo exaltanda, & septiformi gratia spiritus sancti plena in uita ista. licet uidebatur uirgo humillima, tamen uirtute plena. Tertio ex charitate ad salutem hominum. scilicet, designandam per nomen maternum, quia sicut maris stella habet attrahere adamantem, & magnetem, ac ferrum, sic ergo designauit Deus p nomen Maria, q̄ ipsa mater misericordix duos, & ferreos peccatores ad salutē attraheret. Item stella maris habet dirigere nauas in iuxta ad portum optatum, sic Maria homines ad portum salutis habet dirigere, ut dicit Bern.

De nomine Maria plura portans eo, quia inuenies alibi.

Ex charitatem ostendit Deus cum misit angelum, ut ingressus ostio clauso uirginem saluaret.

CVR namque angelus in euangelio dicitur ingressus in oratorium uirginis ad salutandam, aut quomodo ingressus esse dicitur: an licet ianuam clausam, q̄n apertis, an aliunde: &c. Respondetur q̄ uerissimiliter secundum Alber. super Missus est. c. 63. Item Bernar. & alios recolligendo: Credendum est primo, q̄ Deus licet potuerit, & etiam angelus propter suæ naturæ subtilitatem, & corporis etherei assumpsi qualitatem, bene potuit ut alium de quâ per ostium cubiculi intraret uirginis oratorium clausum, tamen ex charitate uoluit Deus, ut non nisi per ostium intraret, ad designandum fidelitatem, & ueritatem missionis a Deo. Ioan. 10. Qui nō intrat per ostium, ille fur est & latro. Licet hæc auctoritas non sit ad propositum, tamen fidelitatem notat. & pro tanto deseruit Secundo credendum est, ut Bern. docet super Missus est, q̄ angelus non inuenit apertum oratorij illius uirginis ostiū, cui nimirum in proposito erat fugere hominum frequentiam, uitare colloquia, ne orantis silentium perturbaretur: Hæc Bernar. Tertio dicendum, q̄ ianuam clausam, & non apertis angelus ingressus est, quia Deo sic complacuit ex charitate, ad designandum, q̄ Deus ipse pro hominū salutate tale miraculum faceret, ut clauso uirginis utero ad nostram humanam naturam assumendam de cælo descendens ingrediatur ac nascatur, utero clauso manente: Vnde Ezechiel. 44. propheta tum est. Porta hæc clausa erit, & uir non petransibit per eam, quoniam dominus ingreditur, & egreditur per eam.

SE D quid agentem uirginem per tunc in oratorio angelus reperit, uel in quo occupatam. Respondetur secundum Docto. colligendo, q̄ reperit angelus tunc uirginem occupatam in excellentibus operibus charitatis, uicet in lectione, & contemplatione præsertim, ac deuotissima oratione, & ut dicitur sicut etiam tactum est. supra. §. 4. legens illud Esa. 7. Ecce uirgo concipiet, & pariet filium: Orabat cum la chrymis in secreto cubiculo clauso super se ostio, suspirabatque præ desiderio, & petebat, ut misericors Deus mitteret filium in mundum pro redemptione generis humani, & ut ipsa mereretur fore ancilla

5.18.

Hier.
Bernar.

Compara
tio Ma-
rie ad
stellam
maris.

5.19.

Quid fa-
ceret bea-
ta uirgo,
duando
annunci-
sa fuit.